

decem uel quatuordecim annorum intelligendus sit, sed *HOMO aetatem uirilem degens*, C I C E R O N E e) et V O S S I O f) contendentibus denotetur, communi fere eruditorum suffragio receptum est. Ex P A V L I uero atrocissimi Christianorum hostis praesentia colligimus acerbitatem odii in S T E P H A N V M. Quare non satis accurata est sententia L O R I N I, g) qui euincere studet, P A V L V M moleste tulisse, et inuidia stimulatam fuisse erga T E S T E S S T E P H A N I, qui tam crudeliter in condiscipulum suum, uel ut alii malunt, in affinem faeuissent. Nam licet S T E P H A N V S doctrinis magni illius G A M A L I E L I S aequae ac P A V L V S imbutus fuerit, attamen infensissimo erga illum incensi erant odio tam T E S T E S, quam alii Iudaei una cum S A V L O, quia nunc, uti coram *Synedrion magno* dicebant, non secundum maiorum canones uitam agere, sed nouam doctrinam suam de C H R I S T O uero M E S S I A diuulgare et profiteri uolebat. Deinde autem P A V L V S de se ipso fatetur, quod ipse,

L 3

prius-

e) in *Oratione Philippica II. cap. 21.* A N T O N I V M annum trigesimalum agens *adolefcentem*, et in huius orationis capite ultimo, se ipsum quum iam iam quadraginta quatuor annos esset, *adolefcentem* appellat. Porro in *Epistola XXX. literarum suarum* scribit: *Senectus adolefcentiam sequitur*, denique tandem in oratione *pro lege Manilia* capite XXI. P O M P E I V M, qui tunc temporis annum uigesimum quartum impleuerat, *peradolefcentem* nominat, inquit: *quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolefcenti, cuius a Senatorio gradu aetas longe abesset, imperium atque exercitum dari?* Et in C A T O N E M A I O R E seu in libro de *senectute* Capite II. dicit: *Obrepere aiunt eam citius, quam putassent. Primum quis coegit eos falsum putare, qui enim citius adolefcentiae senectus, quam pueritiae adolefcentia obrepit?*

f) V O S S I V S libro II. *Institut. Orat. cap. 14. §. 5.*

g) In *Acta Apostol. Cap. VII. u. 59. pag. 288. b. conf. pag. 377.*